

*chorus arigmaticè demonstrabatur, quasi in circulo Emmanuēl, qui est manifestatio et veritas cingens.*

Nec obstat Josephus, lib. 3 Antiq. c. 9, ex quo autores sextae sententiae suam opinionem hauserunt: tantum enim eo c. narrat Josephus, has duodecim gemmas rationalis tempore belli solere fulgere, et fulgore suo prænuntiare victoriam Hebreorum, idèque *essen* (cheses hebraicè), id est, rationale, à Græcis dictum esse ἀρχαί, id est, oraculum, eò quid confineret has gemmas suo fulgore prænuntiantes victoriam. Sed hoc vaticiniū genus cessavit jam à ducents annis, inquit Josephus. Itaque non asserit Josephus, in omni re dubia gemmis presaginatum fuisse eventum, qui futurus erat; neque vero fieri poterat, ut gemma fulgore suo loquerentur, et prænuntiarent modum, tempus, aliasque re futurae circumstantias: unde, ut jam ante vidimus, responsus vel oraculum *urim*, in Script. vocatur oraculum per sacerdotem, vel vocem sacerdotis. Secundo, in priscis illis subinde fidēs Iosephi; sed esto demus, quod ipse ait, lapides hos tempore belli mutasse colorem aut fulgorem, itaque significasse futurum belli eventum, quod tamen ridet S. Augustinus; inò denuo Josephum dicere non tantum in bello, sed in quilibet alia re id accidisse; inde tamen non efficeris Josephum dicere *urim* et *tummim* fuisse has duodecim gemmas rationalis: neque enim Josephus lapides illos radiantes *urim* et *tummim* nominat aut Josephum negare quid *urim* et *tummim* inscripta fuerint rationata; poterunt enim ei inscribi, ut indices et significativa miraculi, sive oracula, quid per lapides eorumque fulgorem dabantur.

Objicione primo: Nulla fit mentio hujus scripturae *urim* in rationali, Exodi 39, ubi tamen fabrica ephod exactè describitur. — Respondeo hic satis eam exprimi, et ex hoc loco sat intelligi, eam juxta præceptum Domini factam et insertam fuisse rationali, maximè quia eo loco ea tantum ferè recentur, quæ ad ingenium artificis Beselœ, vel ad materiam partesque fabricæ spectant. Talia autem sunt lapides, catenula, vestes, tabulae, annuli, etc., non autem scriptura vel textura duorum nominum, quæ non à Beselœ, sed à phrygione quoipiam vel phrygionissæ contexta esse, est verisimile. Unde et multa alia compendii causâ præteriti ibidem Moses, que fusæ sic enarrat, ut patet de compositione olei et thymiamatis, c. 57, 29; de quo modo inscriptionis nominum in lapidibus onychinis, c. 59, 6. Et contrario quedam ibi supplerunt quæ hic subcentur, ut patet de veste mediæ, c. 56, 55; de corollis mitra, c. 39, 27; de speculis mulierum, ex quibus factum est labrum aeneum, c. 58, 8; de metalli pondere in fabricam insumpto, c. 58, 24. Non mirum ergo *urim* et *tummim* subterci et subaudiri, Exodi 39, presertim cum vice versâ, Levit. 8, 8, illa exprimant, et subtiliter gemme rationalis: *Rationale*, inquit, *aptavit in quo doctrina et veritas*, ubi in rationali 12 ejus lapides per comprehendit intellexit, expressit vero et nominavit doctrinam et veritatem, quæ maximè sacerdotem ornare debent.

Objicione secundò: Rationale erat validè parvum; ergo non videtur capere potuisse 12 lapides cum hac scriptura, *urim* et *tummim*. — Respondeo: Rationale ad hoc satis erat magnum, nam tam in longitudine quam in latitudine habebat spithamam; potuisse ergo multò plures lapides capere. Deinde in rationali interstitium erat inter singulos ordines lapidum, ipsosque lapides, in quo facile exarari poterant decem has litteras *urim* et *tummim*, non tantum minusculæ, sed et magna ac conspicua. Itaque verisimile est has duas voces, opere phrygionico acutæ fuisse in rationali, inter duodecim gemmas, quanquam Cyrus verbis acutis innatas eas inscriptas fuisse in duobus lapidibus, distinctis à duodecim gemmis. Denique potuerunt haec duas voces inscribi alieni teke, vel membranae, et appendi ad ipsum rationale; idque insinuator, Levit. 8, 8, in Hebreo.

Quæres secundò cur *urim* et *tummim*, id est, doctrina et veritas, inscripta fuerint rationali? — Respondeo primo: Historica et literalis causa fuit ut per hoc sacerdoti dignitas commendaretur populo, quando pontificis urim indutum edoceri à Deo de futuri eventis, et vice Dei oracula fundere cernebat, non quid per has voces *urim* et *tummim*, in rationali acutis, Deus responderet; sed quid per pontificem, iis quasi pontificalibus indutum, et fungentem jam munere pontificis, Deus revelaret illa de quibus consulcebatur; idque hæc scripta *urim* et *tummim* significabat, scilicet pontificem rationali indutum, esse in *urim* et *tummim*, id est, accipere à Deo doctrinam et veritatem dubiorum quibus enim consultabat. *Urīm* ergo non oraculum, sed index erat oraculi: et cum Scriptura dicit Deum per *urim* consulsum esse, aut respondisse, id metonymicè explicandum est, ut significetur Deum respondisse per sacerdotem rationali, in quo erat *urim*, indutum. Quod ergo dicitur, 1 Esdra, 2, v. 65, et Nehemie 7, 66: *Dixitque Atharstas eis* (sacerdotibus non invententibus sum genealogiam) *ut non manducaretis de Sanctis sanctorum, donec surgeret sacerdos doctus atque perfectus*; hebraicè est, *donec surgeret sacerdos in urim et tummim*, hoc est, donec surgeret pontifex aliquis, qui per rationale et *urim*, modo jam dicto doceretur, perfectè intelligeret à Deo an illi quorum incerta erat genealogia, habendis essent sacerdotes, neque.

Simili modo apud Egyptios, inquit Elianus lib. 14, 54, summus sacerdos (qui et supremus erat iudex) gestabat collo appensam imaginem ex sapphiro, quæ appellabatur *veritas*; atque innuit Elianus hanc veritatis effigiem in ipso sapphiro fuisse impressam.

Secundò, allegorica causa fuit ut pontifex *urim* gestans, et oracula fundens, typus esset Christi summorum pontificis et prophete, per quem veritas facia est, et ad nos delata è sim Patris, Joan. 1, 17 et 18. Consequenter ut idem esset typus vicarii Christi, puta pontificis romani, qui per assistentiam Spiritus sancti habet infallibilem auctoritatem ad universas Ecclesiæ administrationem, circa decisiones tam fidei quam morum. Unde instar *urim* gestat, aliisque archiepi-

scopis gestandum, communicat pallium; hoc enim significat plenitudinem auctoritatis et potestatis. Ita Alcazar, Apoc. 4, p. 586.

Christi ergo et Christianorum pectus ornet veritas, quasi monile diuinum et speciosissimum. Nam, ut sit S. Aug. epist. 9: *Incomparabiliter pulchrior est veritas Christianorum, quam Helena Graecorum: pro ista enim fortius martyres nostri adversus hunc Sodomam, quam pro illa milles heroes adversus Trojān dimicaverunt.* Est enim veritas quasi sol mundum illustrans. Erat apud ethnici Fidū simulacrum, quo honor formæ viri expressus, veritati, que virginis species effingebatur, manum porrigebat; in medio autem locabatur amor. Quā effigie significabant primò, veritati honorem deberi et amorem; secundò, Fidū, id est, fidem nisi veritate, amore et honore. Nam *hominum fidem*, ut quidam sit, *veritas parit, honor sustinet, amor nutrit*.

Symbol. honor est Deus Pater, veritas est Filius, amor est Spiritus sanctus: haec tria conspirant in unum gigantem in nobis fidem, gratiam et salutem. Dixit Pythagoras, veritatem post *Deum* colandam esse, utpote que homines Deo proximos facit; testis est S. Hier. contra Rufinum.

Tertiò, moralis causa fuit ut sacerdos gestans *urim* et *tummim*, id est, illuminationem, sive doctrinam, et veritatem aquæ perfectionem, admoneretur jugiter sui offici, videbat eum debere habere primò, *urim*, id est, illuminationem et doctrinam, tum studio, tum magis pietate et oratione acquisitam, Deut. 17, 9, et Malachias, 2, 7; rursum *urim*, id est, inflammationem et zelum, quo populum ad Deum legem et amorem accendat. *Urīm* enim hebraicè et lucem et ignem lucentem significat: unde Abraham dicitur eductus de Ur, id est, de igne Chaldaeorum. Hinc ab Hebreis Ur descendunt aliqui Latinum *uro*: lux enim illuminat, calefacit et urit. Talis *urim* erat S. Joannes Baptista: erat enim ipse *lucerna ardens et lucens*.

Secundò, cum debere habere *tummim*, id est, veritatem, tunc de ore, tum in ore, tum maxima in vita, puta integratem et perfectionem vite: haec enim significat *tummim*. Sicut enim os cordi, ita vita ori et cordi responderet debet, perinde ac Verbum Dei (quæ æterna est veritas) est imago Patris: sic hominis verbum et vita debet esse imago cordis, in quo signitur, ita ut id indicet ac representet quod in corde est, non aliud quidquam falax ac diversum. Ille veteres, teste Pierio lib. 54, veritatem pingebant quasi malum persicum, cui folium unum adherebat. Pomum enim persicum semper est cordi: folium simile est lingue. Sicut ergo pomo folium adhaeret, ita cordi adhaeret lingua et vita, idque tantum preferat sermone et operibus quod contineatur corde, non aliud quidquam falsum et ementum.

Denique cum debere esse interpretem et tutorem veritatis publice, id est, justitie, ea enim magis remperat quam fortitudinem. Unde Agesilas princeps rogatus ultra virtutum harum esset prestantior, respondit: *Nullus usus est fortitudinis, nisi adiut justitia; omnibus autem justitiam colentibus nihil opus est fortitudine*.

Tertiò, tunicam hanc manicas habuisse, docet S. Hier. nec repugnat Josephus, si bene examinetur.

Quartò, hec tunica infernè in limbo, qui erat iusta pedes, habebat 72 mala punica, et totidem tintinnina-

521  
tudine. Pontifex ergo sit Melchisedech, id est, rex justitiae.

Tropol. quomodo in sacerdotibus nostris requiratur tam *urim*, quam *tummim*, id est, tam doctrine splendor, quam veritas et integritas vite, vide apud S. Hier. de Vestibus sacerdot. et Gregor. 2 p. Pastor. c. 5.

Caveant ergo pastores et doctores, sequè ac principes, ne viitorum exemplo populum infaillant. Nam, ut ait Quintilianus, declam. 3: *Hoc est superiorum conditio, ut quidquid faciunt præcipere videantur, et perniciosestus est malus rei quisque maximus auctor*; utque ait Claudio, panegyr. 4 Honorii:

Componitur orbis  
Regis ad exemplum; nec sic inflectere sensus  
Humanos edicta valent, ut vita regentis.  
Mobile mutatur semper cum principe vulgus.

Et Horat. satyr. 14 :

Velocius et citius nos  
Corrumptunt vitiorum exempla domestica, magnis  
Cum subeunt animos auctoribus.

Altera ex parte, ut sit S. Greg. hom. 26 in Evang.: Duran est, ut qui nescit tenere moderam vita sua, iudex fiat alieni; et, ut sit S. Amb. ep. 76: *Quid tam divinum quam ista sententia, ut is peccata puniat, qui peccati exors sit, quomodo enim ferias alieni ultorem, et proprii criminis defensorem?* Quare recit Cassiod. lib. 6. Vt, hanc formam rectori prescribit: *Esto, sit, vita continens, ut possis in aliis esse iudex.* Prima aquitas est à praesulibus inchoare, ut debeat criminos metuere quem nequecum similem reperire. Nullus in se culpas impletus reus, quas in se habere perspecterit cognitorem. O quale est liberum tribunatibus insidere!

ET GESTABIT JUDICIUM FILIORUM ISRAEL. Judicium, id est, rationale judicij, de quo v. 15; est metonymia. Sic, c. 27, 21 et alibi, testimonium vocat ipsam arcem, in qua erat testimonium, id est, lex, sive tabula legis.

VERS. 51.—FACIES ET TUNICA SUPERHUMERALEM TOTAM HYACINTINAM. Hæc terita vestis pontificis. Prima enim erat ephod, secunda erat rationale, tertia est hæc tunica, quæ prōinde tunica ephod, id est, superhumeralis dicitur, quia ipsi proximè incumbebat ephod cum rationali, ita ut ephod immediatè supra hanc tunicam indueret pontifex. Ita S. Hier.

Nota primò: hæc tunica era lăcior, quam tunica stricta, sive linea, de qua v. 40, atque ad talos usque descendebat. Unde à Septuaginta vocatur τοῦ δέρματος, τοῦ ποδός, quod usque ad pedes esset promissa.

Secundò, erat hæc tunica hyacinthina, id est, facta ex lana hyacinthina, sive violacea coloris; significabat enim sacerdotis vitam debere esse celestem, idque usque ad finem; ipsa ergo monobat sacerdotem ut ipse, hoc suo colore conspecto, mentem in colestia sublevaret, sit. Theodor., ac proinde curaret corpus habere leve et aereum ex sobrietate et virtute tenuitate, ac Nyssen. vers.

Tertiò, tunicam hanc manicas habuisse, docet S. Hier. nec repugnat Josephus, si bene examinetur.

Quartò, hec tunica infernè in limbo, qui erat iusta pedes, habebat 72 mala punica, et totidem tintinnina-

bula, ut horum pulsu vocalis incederet pontifex, ingrediens Sancta sanctorum, aliqui morituras, de quibus v. 55.

Quinto, habebat capitulum cum ora sive limbo textili, de quo iam sequitur.

VERS. 32. — IN CUIUS MEDIO SUPRA ERIT CAPITIUM. Capitium, id est, apertura, hebr. est os capitii, id est, foramen in summo, per quod caput transmittitur. Erat, ait S. Hier., hac tunica in superiori parte, quod collo inducitur, aperia, quod capitulum dicitur.

Et ora per gyrum eius textilis. Ora haec erat fimbria vel limbus aperture jam dicta, sive capitii latera, ne rumperentur, tegens et firmans per circumferentiam. Unde hebr. est, sicut limbus lorice erit ei ne rumpatur, q. d.: Muniet eam instar limbi lorice, ne rumpatur.

Erat haec ora textilis, id est, facta non aeu, sed opere textili. Sept. vertunt: Opus textoris, copulationem eadem tam ex ipso. Unde S. Aug. quest. 118, et S. Hier. docent hanc oram vel fimbriam extatam fuisse capitulo unicuius contextura, non vero fuisse illi assutum: Josephus tamen eam assutum dicit; sed fortè tantum vult dicere eam fuisse annexam, quod tam de textura quam de curva accipi potest.

VERS. 33. — DEORUM VERO AD PEDES EJUSDEM TUNICAE, PER CIRCUITUM QUASI MALA PUNICA FACES, EX HYACINTHO, ET PURPURA, EX COCCO BIS TINCTO, MIXTIS IN MEDIO TINTINNABULIS. Josephus haec sic describit: Ima, ait, vestis ornabatur limbo effigie malorum punicorum distincto, ut quo et tintinnabula aurea sic dependant, ut medium esset quodque malum punicum inter duo tintinnabula situm, et vicissim tintinnabulum inter duo mala punicum: erant ergo alterius sita malum punicum et tintinnabulum. Ecclesiasticus, c. 45, 10, plurimi ea fuisse dicunt; S. Hieron. et Isidorus, lib. 4 Etymol. 21, precise numerant 72 mala punicum, et totidem tintinnabula.

VERS. 33. — UT AUDIATUR SONITUS QUANDO INCREDITOR ET EREDITUR SANCTUARIUM IN CONCEPTU DOMINI, ET NON MORIATUR, id est, ut non moriatur propter inobedientiam; vole enim et iudeus sonitus pontificis, puta pulsus tintinnabulorum ejus audiens in ingressu et egressu thymberci, ad excitandum in eo et in populo reverentiam mibi debitan, videbatur ne dominum meum intret nisi preevio pulsu, non quem ego audire cipi, sed quem ipsi uite et populus audiens, admoneatur majestas mea, cuius templum ingreditur, similitudine officie sua.

Hinc ait Sapiens, c. 18, 24: In teste poderis (in tunica hæc hyacinthina, sub qua cum Lyran, Dionsy, et Hugone omnes alias pontifices vestes intellige per synecdochen) totus erat orbis terrarum. Nam primum, femoralia linea figurabat terram, ex qua lumen nascitur. Secundò, zona figurabat oceanum, qui quasi zona terram cingit. Tertiò, tunica hyacinthina figurabat aereum, in quo sunt mala punicum, id est, fulgura, et tintinnabula, id est, tonitrua. Quartò, ephod varium figurabat celum sidereum; das enychini erant duo hemisphaeria, vel sol et luna: duodecim gemme in pectora erant

duodecim signa in zodiaco. Quintò, tiara figurabat colum empyreum: lamina tiara aurea habens inscriptum nomen tetrammaton, figurabat Deum omnibus praesidentem. Idque primò, ut hoc suo vestitu et ornatus pontifex ostenderet, se Creatoris mundi esse ministrum, et indicaret omnem creaturam Dei misericordia indigere, ipseque pro ea tam habuit et veste, quam voce et mente precatetur. Secundò, ut considerat universi, quam gestabat, imagine, vitam præstaret à natura non degenerem, sed, sicut elementa alligare creata Deo per omnia obediunt, ita obediret et ipse.

Ita Philo. Tertiò ut operando sacris totum mundum, quem in veste quasi gestabat, deprecatore secum apud Deum allegaret. Haec omnia penè ex Josepho et Philone habet S. Hier. et breviissimè S. Thom. 1-2, q. 102, a. 5 ad 9, qui et tropologiam addit pari brevitate. Femoralia, ait, significant castitatem; tunica linea significat vite universi puritatem et innocentiam; zona moderationem discretionis; tiara rectam intentionem; et haec communia sunt omnibus sacerdotibus. Pontifici verò insuper propria erat lamina aurea cum nominis Jehovah, significans jugem Dei memoriam in contemplatione, quam debet habere pontifex. Secundò, ephod, id est, compassus, quā suis quā numeris fera infirmatae populi. Tertiò, tunica hyacinthina, id est, conversatio ecclesie. Quartò, rationale, id est, cura, et charitatis viscera erga subditos.

Ubi nota. Totus mundus est quasi templum quadquam sanctissimum, et Deo dignum, ut aiebat Diogenes, et Philo lib. 2 de Monarchia, et Laetant, lib. de ira Dei c. 14. Hinc et Baruch ait, c. 5, 24: O Israel! quā magna est donus Dei! scilicet hic mundus in quo quasi divini templi antistes, sacerdotio functuros per universitas creaturæ homo est constitutus: Ideoq; Hebreorum pontifex in sua veste totum representabat orbem. Sed ut ad tintinnabulum revertantur, haec alligatio: predicationem Christi, mala vera punicum ejusdem miracula significabant. Ita Rupert, quem vide reliqua omnia Christo accommodantem. Prosper haec Pentecostæ attribuit, in qua fuerunt tintinnabula (que Prosper numerat 50 in tunica hæc Aaronis) et mala punicum, id est lingue igne Apostolorum personantes magnitudinem Dei.

Tropol. S. Hier.: Tanta, ait, debet esse scientia et eruditio pontificis Dei, ut et gressu ejus et motu, et universalia vocula sint. Temptatio mente concepit, et tuto eam habuit resonet et ornata, ut quidquid agit, quidquid loquitur, doctrina sit populorum; absque tintinnabulū enim, et diversis coloribus, et gemmis floribusque virtutum, nec sancta ingredi poset, nec nomen artificis possidere. Et S. Chrys. hom. 75 in Matth.: Sicut, ait, homo ibiunque fuerit, ceteris animalibus praestet, ita doctorem deceat, sive loquatur, sive silent, sive in conuicio, sive alibi sit, ceteris hominibus præcellere: nō ut incessu, et aspectu, et habitu, omnibusque simpliiter alii in rubro præstentur esse videtur. Nam, ut idem ait, hom. 5 in 2 ad Corinthios: Hoc est ratioinatio cui contradicere non potest, quæ si per facta. Quare, ut idem ait, hom. 5 in 2 ad Thessal.: Magis debet esse doctor

vite quām sermonis. Et S. Aug. lib. 4 de Doctrinā christ. c. 27: Ut obedienter, sit, audiatur concionator, quantisque granditatem dictio, magis pondus habet vita dicens. Rursum, tintinnabula sunt aurea, ut signifiekter omnem sermonem pontificis debere esse aureum, de charitate, sanctitate, rebusque divinis. Eodem modo haec non tantum de pontifice, sed et de quovis sacerdote nostro (qui sauciatur esse debet pontifice judicato, eò quod sanctiora tractat et conseruet mysteria) accipimus. S. Aug. q. 419, et S. Greg. lib. 4 Regist. epist. 24: Ideò, ait, in incessu sacerdos habet tintinnabulum, ut vīa vīam cum lingua sonitu, ipsa quaque bona opera sacerdotis clament; diciturque: Mala punica juncte, quasi dicat: Per omne quod dicitis unitatem fidei tenacis. Nam malum punicum, quod uno corice multa grana complectitur, unitatem fidei designat, vel, ut ait Beda, multifariam virtutum operationem uno charitatis munimine testam. Vide Bedam haec omnia simili ratione adaptantem.

Tale tintinnabulum, talis gratia et efficacia dicendi resonabat in S. Antonio; nam S. Athanasius teste, sermo ejus sale conditus consolabatur mortuos, docebat incios, concordabat ritus, omnibus suadens nihil amori Christi appetendum; proponebatque ante oculos bouvorum magnitudinem futurorum, et Dei clementiam, et beneficia rezebat indutus. Postea declarans effectus scitos: Quis non, ait, tristissim apud Antonium mutavit in gaudium? quis non iram virat in pacem? quis orbita lacum non ad eam temporis aspectum? quis non magno paupertatis, quo penebatur, abjecto, statim et divitum desperit. opulentias, et in sua letitia sit pauperate? quis post fastidiosum monachus, non ejus est juventus horatia? quis adolescentis aitatis accessus ardoribus non ex ejus admotius pudicitia amator fuit? quis vexatus a Diabolo sine medelâ rediit? quis iniuncti cogitationibus distractus, carâ tempestate sopita sereno non regressus isti animo? Nec S. Martinus Antonio fuit inferior. De eo, propter alia, scripsit in genere Sulpitius lib. de Vita S. Martini c. 26: Jam verò in verbis et in confabulatione ejus, quanta gravitas, quanta dignitas erat! quām alacer, quām efficax, et quām in exsolventis Scripturarum questionibus promptus fuit! et quia multos ad hanc partem incredulos sciit, quippe quos videbim, me ipso etiam inferente, non credere, Jesum testor, spemque communem, me ex nullius nunquam ore tantum scientiam tantum ingenii, tam puri et tam boni sermonis audisse. Quanquam in Martini virtutibus, quanta est ista laudatio? nisi quid mirum est homini illitterato ne hunc quidem gratiam dedisse. Hoc Sulpitius.

Eminebat hoc ideam docum in S. Joanne Chrysostomo, summo concionatore, qui animos etiam privato sermone permovebat. Audi in ejus vita Georgium Alexandrinum: Subinde, inquit, commenitum vire sacerdotum Patrum et Anachoretarum, eorumque conversationis et virtutis; ita ut ejusmodi sermonibus compungantur non pauci, atque ex eorum oculis elicentur uberrime ac defluerent lacryma, et ingenti desiderio parentur solitariam exercendi vitam. Non deficit eadem gratia S. Fulgentio, de quo discipulus ejus Vita scri-

pulor, c. 9, 17, 21, haec prodidit: Et reverè sacerdos officium laudabiliter etiam tunc impletat, non tantum aliquos reconciliando, sed omnes, quos attingere poterat, ad reconciliationem salutaribus motibus invitando; cuius sermo dulcis et rectus; quia dura quoque corda mollebat. Et postea: Cum verbo logi quippiam, cogente interdum ratione, voluisse, in ore ejus omnis turba pendebat, ex locutione familiari considerans qualis esset spiritualis magister futura doctrina. Paulus post: Tanta fuit B. Fulgentio facundi sermonis suavitas, tanta in vultu ejus micabat hilaritas, ut certamin fides universos sancta charitas traheret, vel interrogare doctissimum virum, vel audire, quoties ad interrogata responderet. Hec ille. Unde colligas integrum fuisse B. Fulgentio conservandū talentum fidei tenacis. Nam malum punicum, quod uno corice multa grana complectitur, unitatem fidei designat, vel, ut ait Beda, multifariam virtutum operationem uno charitatis munimine testam. Vide Bedam haec omnia simili ratione adaptantem.

Vers. 36. — FACIES ET LAMINÆ A URO PURISSIMO, IN QUA SCULPS OPERE CELATORIS SANCTUM DOMINUM. Lamina haec erat affixa tiara in fronte pontificis, ut sequitur. Pro Domina, hebr. est novus tetrammaton. Fuit ergo illud nomen lamina inscriptum, ut docet S. Augustinus, Hier., Beda; et patet ex Hebreo: Sculps, inquit, codes laeva (ut ita dicam), id est,

sculpsit, sanctitas Iehova, q. d.: Insculpsit lamine hoc emblemata: Deus sanctissimum est, et ipsa sanctitas Deo propria et essentialis est; ut scias sanctis eum sacrificis et actibus a te coli oportere. Rursum, ut nomen Dei pontificis pulchritudinem coronet et protegat, inquit S. Hieron. Tertio, ut pontifex sit typus Christi, cuius nomen in fronte gerit, ideoque instar Christi portet omnes omnino iniurias, etiam in ipsa oblatione commiseras, easque expiat invocato nomine Dei, unde sequitur: *Portabitque iniquitates eorum, etc.*

Nota. Praecipuum Dei attributum est sanctitas. Sanctitas enim, ut ait S. Dionys., est ab omni iniquitate liber, incontaminata et perfectissima puritas, unde et Spiritus sanctus a sanctitate nomen accepit; qui sanctitas omnia superat, non quidem in Deo, in quo attributa omnia sunt equalia, immo unum et idem, sed in nobis: Summum enim bonum et perfectio hominis et angelorum est sanctitas. Hinc Seraphini, Isaia 6, ter sanctum Deum inclamat, dicentes: *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus exercituum.* Sic et sancta illa quatuor animalia, Apocal. 4, regnium non habent die ac nocte, dicunt: *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus omnipotens.* Sic et Deipara canit: *Quia fecit mihi magna qui potens est, et sanctum nomen ejus.* Sic Trisagion pueri in sublimo rapto traditum fuit sub Theodosio Juniore Imp. anno Christi 446. Cum enim Constantinopolis ingenti terra motu quateretur, imperator, patriarcha, et populus urbe egressi in campo degebat, supplices Deum orabant, et ecce puer quidam ex plebe in sublime raptus ab angelis didicit hunc hymnum: *Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, misere nos, cuncte ad suos depositus redisset, atque id quod didicat restulisset, totus populus eundem hymnum cecinuit, atque ita terra motus cessavit, puerque statim vita defunctus est. Ita habent Grecorum menologia 24 septembr.: Damascen. lib. 3 de Fide, c. 10; Nicephor. Baron. et alii.*

VERS. 35. — *PORTABITQUE AARON INIQUITATES EORUM QUS OBTULERUNT ET SANCTIFICAVERENT FILII ISRAEL*, q. d.: Ideo pontifex in fronte nomen Dei sanctum, in lamine sculpture preferat et portet, ut quasi in humeros suos tollat et auferat per nomen, virtutem et auctoritatem sanctitatis divinae, quan hoc ornato tactile invocat, iniquitas eorum rerum, id est, in iis rebus admissas, quas offerent, et offrendo sanctificabunt filii Israel. Patet hic sensus ex Hebreo. Vide hinc quam sacerdotes et viri pii humiles esse debeant, verecundi et pudibundi coram Deo, quod in ipsis etiam preciosus et sacrificis distinctiones, curiositas, alias indecentias et culpas admittant, quas inibi confiteri et agnosceri, veniamque pro iis petere debent invocare nomine Domini.

ERIT AUTEM LAMINA SEMPER IN FRONTE EIUS, UT PLACUTUS SIC EIS (ita legendum est cum Hebr., Septuag., Chald. et Rom., non et, ut legunt Plantiniana) DOMINUS, q. d.: Sacerdos preferens in lamine et Sanctum Domino, hic quasi protestatione laudis et sanctitatis Dei, hocque actu latrice et obedientie,

vel maximè exorabit Deum, ut populo reconciliatur, et hoc modo portabit et auferet peccata populi.

VERS. 39. — *STRINGESQUE TUNICAM BYSSO.* Est hæc quaria vestis sacerdotis, scilicet tunica linea et strigata, hoc enim significat et strings, unde et Septuag. vertunt κορδέαν, κόρυπτος autem sunt vincula, at Suidas, et succingula, at Hesychius. Perperam ergo R. Abraham, Rabbi Solomon, R. Sahadas, Vathalus aliqui recentiores. Hebrew scribunt, id est, strings, vertunt oculabis, id est, ocellis, sive oculorum figuris tanquam scutulatum vestem ornabis. Sed oculos hos non viderunt oculatissimi interpretes Septuag., Chald., S. Hier., Philo et Josephus, qui tam, uputo sacerdos, sepe hæc tunica induebatur; hi enim omnes constanter et sacerdotia, vertunt strings vel cinges, itaque alibi hoc vertunt ipsi quoque Judei; solo hoc loco novitatem abrepti, ecam hanc oculorum significacionem ei afflignit. Denique, tunicam hanc lineam zonam acinctam fuisse, patet Leviticus 8, 7, unde liquet, pontificem duplum habuisse zonam, unam quæ tunicam hanc lineam, alteram quæ hyacinthinam cingeret, ut patet Levit. 8, 7.

Jubet ergo hic Deus, tunicam hanc lineam strigis, id est, zonam byssinam, quam Josephus sit latam fuisse quatuor digitos, et intus inanem fuisse; ita contextum ut serpentes exuvium vestiri posset; floribus quoque prunis, purpures, hyacinthinas et byssinus picturatum fuisse; denique stamen ejus fuisse ex sola hyssopo.

TUNICAM. Tunica hæc jam dicta interior erat, que heb. ketonet dicitur, unde et à Septuag. grecè vocatur κετόν, quasi dicas linea; nam, ut docet Josephus et S. Hieron. chiton, sive ketonet hebr. linum significat, licet in Biblio, et significatio non reperiatur. Hanc tunicam Josephus ita describit: Super femoralia, inquit, induit sacerdos lineam interulanam, byssinam, ex duplicat tela confectam; ea est tunica talaris (κολπίς de qua puto post) corpori astricta, habens manicas circa brachia, et ipsas stricatas, que accingunt circa pectus pauli axillis inferius, zonâ latâ quatuor digitos; tunica hæc misquâ situatur (id est, nullas habet rugas; erat enim corpori astricatis), habetque circa collum amplam aperturam, cuius ora uncinis à pectora et tergo committuntur. Unde patet prima tunicam hanc lineam fuisse eam quam proximè super femoralia induebat sacerdos. Secundò, eam factam fuisse ex linea prestansissimo, quod Scriptura byssum vocat, de quo c. 25, v. 4. Tertiò, eam nullas habuisse rugas, nullos sinus, rursum eam nullas habuisse rugas, nullos sinus, rursum eam nullas habuisse zonam quæ cingeretur. Quartò, artissime eam strinxisse corpus, idque ad hoc, ut S. Hier. ut sacerdotes essent expediti ad ministeria sua. Nam minores sacerdotes, qui quotidie et ubique in tabernaculo ministrabant, hæc solâ tunicâ utebantur. Hinc quinto, eam ad crura tantum pertigisse tradit S. Hieron. fuisseque instar camisia quæ militis utuntur, ut sint expediti ad cursum, ad pugnam, omneque opus. Unde mirum est eandem a S. Hieronymo et Josepho vocari poterem; sed videntur ipsi per poderem intelligere vestem non

talarem, sed usque ad pedes, id est, ad crura, de missam.

Tropolog. Beda: Tunica, ait, linea vel byssina corpore proxima castitatem sacerdoti adeo necessariam significat; id est totum pectus, ventrem et femora strigunt. Zona catena virtutes castitatem incitantes, et non superba sit comprimentes, prudentiam insuper significat et fortitudinem; armata enim debet esse castitas gladio pudicitie, inquit, S. Hieron. ad Principiam. Ila D. Thom. 1-2, q. 102, art 5 ad 9. Hinc etiam apud gentiles, presertim Egyptios, tunica byssina, vel linea, erat religionis symbolum, etsq; vestis sacerdotum, unde Apuleius in Apologia de linea textu: *Sacerdotialis, inquit, est vestitus et amicus.* Et Herodotus lib. 2, n. 46: *Sacerdotis Egypti vestem tantum lineam gerunt, nec aliam eis induere fas est.* Linum enim aptè significat sanctimoniam sacerdotum: nam primò, est mundissimum, tum quia multò melius detergit sordes, quam lana, tum quia lavari sapè potest. Secundò, quia lanca et serica tingi et fucari possunt; at linum, simplicitatis amans, tinteteram omnem et fucum respuit; est ergo symbolum animi simplicis et candidi, qui omnem fictionem respuit, qualis debet esse in sacerdote. Tertiò, linum, licet tenue, nervosum tamen est et robustum, adeò ut apros, in ejus retia se induentes, concidat; tale debet esse robustus et nervi sacerdotis. Quartò, linum, ait Plinius, *sempervirginis fit melius;* sic vera sanctitas sacerdotum adversis anguitiis. Injuria quæ linum tolerat, donec ad optimum condensare et splendorem perveniat, plurimæ sunt, scilicet eveli, siccari, macerari flui, iterum siccari, tundi mallo stupari, decorari, sciudi spathâ lignâ, pecti ferreis hamis, neri, in filo politi, illidi crebro in silice ex aquâ, tazi, et tundi clavis. Hinc linum est optimum patientie, et consequenter sanctitatis (qua illustris in sacerdote esse debet) symbolum. Has auctoribus Apostoli lineam album in sacris Aaronis imitatione retinuerunt.

Porrò sicut linea tunica totum corpus ambebat; ita patientia sacerdotum et cuiusvis fidelis, qui spiritalis est sacerdos, totum homini vitam, omnesque actus et difficultates complecti et superare debet. Hoc enim est opus philosophi christiani, quem ad vivum depligunt Nazianzeni, orat. 28, ubi ait fidelem quemque ex ignobilis genere, puta ex luto, esse prognatum; nobilitatem verò ejus consistere in virtute, et præseruit in quietâ et constanti ulique patientiâ. Unde ait: *Morbi laborat? pugnat? quod si victus fuerit, vincet, hoc scilicet asceticus, ut iam non amplius pugnat.* Pauper est? pro divitias Deum habebit: *dilectus irridebit, ut qui licet facultates suas quotidie augeant, semper tamen pauperes sint, quia pluribus indigent, bimunque ut majori siti inflammati. Fama exzat?* cum avibus aletur, quibus victus satiatione et arationis expers est. *Sitil anguitus? fontes et et flumina potum suppeditabunt, et quidem potum non inebriantem, nec demensum. Algebit? idem quoque Paulo accidit: est quodam cavernæ ardumentum. Maledicis lacerabitur vincet maledicta non regredendo. Persecutionem valetur? susti-*

cum verbis Josephi jam citatis; ille enim in tiara pontificis, praefer pileum communem alias sacerdotibus agnoscit alium piletum consutem ex hyacintho, qui erat proprius pontificis. Josephus autem haec opinio sevit, utpote qui quotidie pontifices cum suis tiaris spectabat. Crediderim tamen tiaram pontificis habuisse diadema, sive fasciam hyssinam circumvolutam et dependentem; ut habent infuse nostrorum pontificum; inde enim videtur vocari hebr. *mitsnephet*, id est, involuerum. Unde Pagninus, *Mitsnephet*, inquit, erat instar turbanti sive pilei tureci, qui longa fascia involvitur; nisi dicas tiaram pontificis vocari *mitsnephet*, eò quod in eâ pileum unus communis, alteri pilo pontificio quasi esset involutus, ut innuit Josephus.

Tropolog. tiara monebatur pontifex omnes sensus consecrare Deo, illigere per vitam, id est, per continentiam, sive abnegationem devincios astringere. Lamine Del nomine inscripta significabat Dei cognitionem et professionem fidei crucis Christi; vide Bedam et Orig. hom. 6 in Levit. Rursum tiara roburans et coronans pontificem, significabat sapientiam et prudentiam (hujus enim symbolum est tiara) eundem robore et decorare. Vera enim prudenter maximam affect fortitudinem et gloriam. Unde Agustinus iugata ad Mantineam hortatus est Lacedemonios ut omissem reliquias in solem pugnaret Epaminondam, *solos inquietus prudentes esse fortis*, et ille neato facilem fore de reliquis victoriam, utpote fatui et nullius pretii hominibus; idque consilium eius probavit; Epaminondam enim lato, instare coepimus Lacedemonii, cedere Thebanii; ac moriens Epaminondas (quasi mortiente Thebanorum prudentia, aqua fortitudine et gloria) suscit Thebanum ut pacem cum hostibus facerent. Ita Plutarch. in Læon. Tertiò, tiara monebat pontificem puras intentiones, ut omnes actiones suas in Deum dirigenter; sic enim fuit Ipse utilis, sanctæ, divine, meritior; que alias sepiù innotiles sunt et vales, (quod utinam scirent et adverterent omnes Christiani!) Vnde, inquit Sapiens c. 45, 4, sunt omnes homines (priter et actiones) in quibus non subest scientia Dei, puta Dei cognitio, intentio, amor et cultus. Unde S. Gregorius lib. 28 Mor. c. 6: *Per bone*, inquit, *intentionis radium merita illustrantur actionis*. Et Richard. Victor. lib. 1 de Statu inter hom. c. 7: *Quod, inquit, est corporis sine vita, hoc opus sine intentione bona*. Et S. Aug. in Psal. 51: *Non valde*, ait, attendas quid homo faciat, sed quid asperget cum facit. Et S. Bernard. serm. 15 in Cant. : *Fidelis, ait, Dei seruus es, si de multâ gloria Domini tui transente per te, nihil tuis manus adhaerevere contingat*; sed ei eam reditas à quo manavit, et cuius est omne bonum.

Triplex corona significabat pontificem esse eminentiorem omnibus regibus, ait Philo; tria enim universitate significant, nam tria sunt omnia (scilicet prima omnia), ut ait Aristoteles lib. 1 de Cœlo, c. 1. Rursum, fuit hec typus triplicis corona christianorum et rom. pontificum, qualis usus est S. Petrus et ceteri deinceps post eum. Petri enim effigies triplici corona in ipsis capillis insignita, antiquissima serva-

tur Rome in ejus templo, estque illa quam Sylvester pontifex Constantino imperatori ostendit.

ET BALTEU, puta zonam extimam, quæ rationale, et consequenter omnes alias vestes eingat.

Alleg. Christus pontifex induit tunicam hyacinthinam cum epipedio et rationali, in quo depicta sunt omnes tribus Israel, id est, omnes gentes christiane; tunicam, inquam, carnis nostra assumptam, atque eam, et in eâ omnes Christianos arctissimum et inseparabiliter sibi astrinxit, idque renibus et lumbis suis (hî enim einguntur zona), ubi sedes est amoris et concupiscentiae, id est, ardentissimo amori et affectui suo. Sic Jeremias cap. 15, v. 1, populum Israel vocat lumbare, id est, cingulum Dei; eò quod Deo per fidem et religionem intimè copulatus adhaeret quasi cingulum. Hinc Apoc. 1, 15, vidit S. Joannes Christum vestitum podere et pectenatum zonâ aureâ, quæ charitatem Christi representat, quam paucis nervosè describit S. August., serm. 18 in Matth. : *Dicit, inquit, Christus homini argo: Bibi calicem tentationum et tribulationum, ut saneri et vivas. Et ne responderet ei languidus: Non possum, non ero, non bibo; prior bibit medicus sanus, ut bibore non dubitet agrotus. Quid enim amarum est in tali poculo quod iste non bibet? Si contumeliam, prior audiuit, cùm demones expelleret: Damnonium habet, et quid in Beelzebub ejicit demona. Unde ut et ipse consolaretur agros, ait: Si patrem familiæ Beelzebub vocaverint, quanto magis domesticos ejus? Si dolores amori sunt, ligatus, flagellatus, crucifixus est. Si mors amara est, etiam mortuus est. Si genus mortis exborrescit infirmitas, nihil illo tempore fuit ignominiosus quām mors crux.*

Tropolog. S. Greg. lib. 34 Moral. 8 : *Zonâ aureâ*, inquit, *cungi, est cunctos mutabilium cogitationum motus per solius amoris vincula restringere*. Jam duplex zona pontificis, puta una quâ cingebat tunicam lineam, alia quâ cingebat hyacinthinam, significabat duplē charitatem; duplēcim virtutum congeriem, scilicet internam pro conscientia, et externam pro filiorum auxilio et edificatione. Ita Orig. hom. 6 in Levit. Moralia plura de zona congressi, Ephes. 6, 14, et Jerem. 43, 4.

OPERE PLUMARI, opere polymito variorum colorum et liciorum, videlicet eorum quibus ephod erat contextum, ut Exodi 39, v. 28, explicatur. Addit. Iosephus huic balteo fuisse additas aureas fistulas, ambientes utramque ejus oram. Unde et hoc e. et seq. v. 5, balteus hebr. vocatur *ingeniosa textura*.

VERS. 40. — PORÒ FILIUS AARON TUNICAS LINEAS PARABIS. Hic numerantur vestes minorum sacerdotum. Ipsi enim non omnes illas habebant quas summus pontifex, sed aliquas tantum. Minores ergo sacerdotes quatuor tantum habebant vestes, scilicet primo, feminalia; secundò, tunicam lineam; tertò, zonam; quartò, tiaram; carebant ergo tunica hyacinthina, ephod rationali, et laminâ aureâ cum nomine tetragrammati, que habebat pontifex, ut dixi initio capituli.

Nota. Sacerdotes has vestes inductabant cum ingre-

diebantur tabernaculum sacrificari, vel alio numero sacerdotali functuri, non autem cum tabernaculum adibant, ut illud deponearent, ob castorum metationem; tum enim tam pontifex quam alii sacerdoles illud intrabant suis vestibus vulgaribus indui. Rursum, cum pontifex aliquod munus sacerdotale obihat, octo jam dicit vestibus, ali⁹ verò quatuor tantum vestiebantur. Excipe festum expiationis, tum enim pontifex ingrediens Sancta sanctorum, ut omnia expiaret, inductabat ut communis sacerdos quatuor ejus vestibus; erat enim illi dies afflictions, ut apud nos fit in die paraces, Levit. 16, v. 4. Ex dictis liquet sacerdotes in templo non nudo capite, sed tiara tecto orâsse et sacrificasse; idque ornatus et majestatis causa. Idem fecerunt Romani genitiles, teste Plutarcho, in Quest. rom. ex institutione et imitatione Aenea. Unde Virgil.

*Et capita ante aras Phrygio velatus amictu.*

Nota secundò. Munia communia pontifici et aliis sacerdotibus erant tria: primum, ponere novas panes propositionis, et tollere veteres, quilibet die sabbati, Lev. 24, 8; secundum, aptare lucernas candelabri quotidiâ mane et vespre, Exod. 27, v. ult; tertium, ponere incensum in altari thymianum quotidiâ mane et vespre, Exod. 50, 7. Sed, ut dixi, vestibus diffringebant; pontifex enim suis octo, ali⁹ verò sacerdotibus suis quatuor tantum vestibus inductabat. Proprium verò erat pontificis, semel in anno in die expiationis ingredi in Sancta sanctorum; alia verò sacerdotum communia munia, ordinariè aliis inferioribus relinquebat; sed tamen, ut ait Josephus lib. 6 Belli, c. 6, ascendebat ipse in templum sabbato, candelis, vel si quando patria festivitas atque annua ab omo populo ageretur.

VERS. 42. — FACIES ET FEMINALIA LINEA, ex lino non quovis, sed hyssino, coque retorto, et duplikato firmatis causa. Ita disertè Josephus. Feminalia haec femora tegebant; causam afferit S. Hier., scilicet revertentiam et decinentiam sacerdotalem; ne, si sacerdotem labi in labore mactandi et offerendi victimas contigisset, passa tunich linea, nuditas ejus videretur. Similius de causa tamen Dei non sacerdos per gradus ad altare ascenderet, Exod 20, 26.

Tropolog. feminalia, ait Beda et alii passim, significant castitatem unice in sacerdotio requisitam. Unde et hebr. vocantur *mischesainam*, à radice *caus*, id est, colligit, quasi dicas constrictoria duorum lumborum et femorum. Ita Iosephus; hinc fuit ex lino varie carminato et preparato; quia castitas gigurat et conservatur per jugem carnis et sensuum mortificationem. Rursum fuit ex lino hyssino retorto, quia castitas molles et delicate est; unde magis quam aliae virtutes muniri et conduplicari debet, ut sit firma. Feminalibus ergo lineis, à renibus usque ad femora recti erant sacerdotes, ut significaretur dehinc sacerdotes novi Testamenti, aut virginis esse, aut contracti cum uxoriibus federa dissolvisse, inquit Beda.

A RENIBUS USQUE AD FEMORA, inclusivè. Feminalia enim, ut docet S. Hier., à lumbis pertingebant usque

ad genua, et à contingendo femur sive femen, vocalantur feminalia, vel femoralia. Nulla hic caligarm vel tibialium fit mentio; unde videtur quod sacerdotes nisi carnerint, nudisque pedibus ministrauerint tabernaculo, de quo c. 59, 19: *Ne iniuriantis (inobedientie contra hoc meum preceptum) rei moriantur.*

VERS. 45. — LEGITIMUM SEMPERNVM ERIT AARON, ET SEMINI EJUS, q. d.: Volo ut hoc statutum de vestimentis sacris servet Aaron, et posteri quis in perpetuum; quādū scilicet durabit sacerdotium Aaronicum, et lex haec vetos typica.

Allegor. lex veteris sacerdotio fuit sempiterna, quia significavit res sacerdotio Christi, quæ in aeternum durabunt. Sie ergo lex illa fuit sempiterna, non in se, sed in veritate Christi, quam adumbravit. Ita S. Aug. q. 4. *Anec. Unde Virgil.*

Moraliter, hic ornatus exterior sacerdotum significat qualis debeat interior esse ejus ornatus, quanquam pra populo eminere et effulgere eum oporteat. Idipsum docet S. Ambro. ep. 6 de frenace, ubi iuxta illud Pythagoræ mandatum, quo discipulos suos communem atque usitatam populo prohibuit ingredi viam: *Vides, inquit, nihil in sacerdotibus plebeium requiri, nihil populare, nihil commune cum multitudine?* *Sobrium à turbis gravitatem, seriam vitam, singulare pondus dignitatis sibi vindicat dignitas sacerdotialis.* Quomodo enim potest obserari à populo, qui nihil habet secretum à populo, dispars à multitudine? *Quid enim in te miretur, si sua in te recognoscet, si nihil in te aspiciat, quod ultra se intenciat, si quæ in te erubescit, in te, quem reverendum arbitrat, offendat?* Superpredicamus igit plebeios opiniones, et strata quedam gregalis conversationis, et quarennus nobis viam inaccessam sermonis insolentium. Et infra: *Sit nostra via angustior, virtus exhortentur, tristes pressior, fides sublimior, callis aetior, vigor mentis exaudans, semina recte sit egressus ad superiora.* S. Chrysost. lib. 2 de Sacerdoti. Prodeamus, inquit, (ad functionem pastoralem, ad episcopatum) qui longè omibus præstant, quique virtute animi tantum religiosi excellunt, quantum corporis magnitude Sanit Hebraeorum gentes excellunt; seu potius nullus etiam magis. Auctor imperfectus hom. 45: *Audiant, inquit, te homines pars mandant, et grandia videant facientem.* S. Greg. 1 p. Pastor. c. 3: *Sit pastor, inquit, operatione præcipuus, ut vita vici subditis vivendo denuntiet; et greci, qui pastoris vocem morespue sequuntur, per exempla melius quam per verba gradiatuer. Illa vox libertatis auditorum corda penetrat, quam dicens vita commendat; et optimæ oviua pascua sunt exempla pastoris.* Talis fuit S. Malachias archiep. Hibernie, qui S. Bernardus teste dicere solebat suis: *Non recuso mori, ut vos vivere mea tenatis exemplum.* Erat enim ipse, inquit Bern., regula fratrum; legebant in vita ejus quoniam conversarentur. Sibi pauper, sed dies erat pauperibus; pater erat orphanorum, maritus viduorum, plus ad compatiendum, ad corripendum liber,